



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XVIII. De Frvgalitate Ottonis Episcopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

sed parcius hæc laudanda puto ; quia pænẽ omne genu^s hominum acquirendi studiosum est, & sua cumulandi, neque ut id faciant, egent exemplo ; sed ne male id faciant. Hic ergo non in eo quidem magno opere laudandus, quod rem familiarem quærere aut augere sollicitus fuit, sed hoc in eo non temere laudatur, quod his rebus à quibus *Hic videtur a liquid deesse.* abesset turpitudine & auariciæ suspicio . . . , diligentia videlicet & frugalis parsimonia.

DE FRUGALITATE
Ottonis Episcopi.

NON in veste, non in cibis, rebus Episcopi XVIII. *XVIII.*
scopij vnquam indulgentius uti voluit ; nec voluptati, sed necessitati suæ tantum providebat. Quin etiam, aiunt, illum humilitatis causa ocreas vel * supulares dissolutos, plerumq; ad sartorem *f. subalaves* misisse. Murmurantibus autem de hoc aliquibus, Sinite, inquit, fratres sinite. res Episcopij, eleemosynæ sunt fidelium ; vanis vsibus eas profigare non debemus. Nec in vestitu ei frugalitas defuit. Ac in victu quomodo se restrinxerit, vix vlli credibile videbitur. Nam dixisse hunc pro certo accepimus, nunquam se ad facietatem panem in Episcopatu comedisse. Semper enim sobrius ac pænẽ ieiunus de cæna vel prandio surrexit ; apposita omnia infirmis, pauperibus ac mendicis imperciens. Quodam ieiunij tempore multa penuria piscium fuit, sed quidam procurator eius * luceum parvæ quantitatis emptum duobus solidis, prandenti attulit bene paratum, modeste *λυκον lupum seu callionymum Athenæo intelligit Hôcht.* obsecrans, ut se vberius reficeret vel cibo, qui tam *ma.*

magno precio constabat. Cui Episcopus, Quanto ? inquit. Procurator, duobus, ait, solidis. Et Episcopus, absit vt miser OTTO solus hodie tot denarios absumat, leuansque * Astum, Defer, ait, hunc preciosum cibum Christo meo qui mihi me ipso preciosior esse debet; Defer, inquam, ei, sicubi ægrotus in lecto iaceat, vel paralyticus. Nam ego robustus hoc me pane reficiam. Sic ille in opulentia sua delitijs affluerebat. Præterea in consuetudine habuit, à manibus sacerdotum, in conclau, corporales accipere disciplinas, sane adeo acres, vt cruor aliquando latera eius vngeret. Ipse quoque pater celestis, qui ait: Ego quos amo arguo & castigo, suo interdum verberare, ad eruditionem eum tangebatur.

DE AEGROTATIONE EPISCOPI.

XIX.

ap. sur. Buche-
lb. ch.

REFERAM vnum de flagellis eius, causamque siue ordinem monstrabo, quidè inde boni prouenerit. Dum forte in vico, qui dicitur Buchelbach diuinarum rerum studiosus CHARTVLAM PATROCINIORVM legisset, & in ara Ecclesiolæ multas & permaximas sanctorum reliquias reconditas cognosceret, ad nobiliora loca eas transferre cogitabat, vbi ampliori honore diuinæ seruitutis ac religionis colerentur. Itaque assumptis clericorum, ieiunio & oratione præmissa, pia, vt dictum est, intentione, sigillum altaris solui præcepit, sed hæsitantibus cunctis ac trepidantibus, ipse ferramentum corripiciens, Absit, inquit, vt tantum decus sub tam vili * stemmate remaneat. Cumq; bis aut ter sigillum malleo percuteret, sanguis de scistula plumbi

* regmine.